



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XXI. Bischof Johann von Havelberg weiht die Marien-Kirche in Neu-Brandenburg, im Jahre 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

solent in ore testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod ad noticiam singulorum pervenire volumus, quod discreti viri consules civitatis Helmenstadenfis, capella sancti Spiritus ibidem in foro sita, adiectis omnibus libertatibus ad eosdem spectantibus, predilectis nobis in Cristo fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini collata liberaliter, donationem talem coram nobis facti sunt plenius requisiti. Insuper quidam ex civibus dicte civitatis videlicet Bertholdus et Johannes dicti de berneberch iam dictis fratribus, nobis presentibus et audientibus, ius patronatus, quod ipsorum erat, porrigere rite et remoto omni obstaculo resignarunt. Preterea uniuersitatem uestram latere nolumus, quod amore dei de licentia venerabilis in Cristo fratris nostri Halberstadenfis episcopi, ad instantiam deuotorum uirorum fratrum simulque consulum sepius pretactorum, altare sancte crucis cum cimiterio eiusdem capelle dedicantes in festo sancti dyonisi, ipsum dedicationis festum in dominicam, qua cantatur misericordia domini, transposuimus celebrandum. De qua scilicet nostra dedicatione omnibus uere penitentibus, qui eidem ecclesie fratrum, que de propriis facultatibus emendari non potest, manum porrexerint adiutricem, duos annos et II. karrenas de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentibus perpetuo ualituris. Datum anno Incarnationis dominee M^o. CC^o. IXC^o. VII^o. Idus octobr.

Nach dem im Stadtarchive zu Helmstädt befindlichen Original. Dies Original ist völlig unverdächtig und mit dem wohl erhaltenen Siegel des Bischofs Johann, worauf derselbe mit Stab und Mütze dargestellt ist, besiegelt. Von der Umschrift sind die Zeilen . . . HANES DEJ . R GENESIS ECCL . . JE EPJSCO . . . noch deutlich lesbar.

XXI. Bischof Johann von Havelberg weicht die Marien-Kirche in Neu-Brandenburg, im Jahre 1298.

Anno Domini M^o. CC^o. XCVIII^o. pridie kalendas Septembris, pontificatus uero nostri anno octavo, Nos Johannes, dei gracia Havelbergenfis ecclesie episcopus, consecrauimus ecclesiam cum altari in Nova Brandenbörch, que est dotata cum octo mansis, in honorem S. Marie uirginis, et de quolibet manso tocius campi ciuitatis modium cum Denario, cum reliquis Sancti Bernardi abbatis sanctarum undecim mille uirginum et aliorum sanctorum interclusis.

Nach einer vom Herrn Prediger Spohnholz zu Rükow mitgetheilten Abschrift aus dem Groß-Mecklenb. Strelitzschen Geh. Archive.

XXII. Die Markgrafen Otto und Hermann ertheilen dem Bischofe und der Kirche zu Havelberg wegen der Beeinträchtigungen, welche diese von ihnen und ihren Vorfahren erlitten, die Anwartschaft auf Schloß, Stadt und Land Lenzen, und recognosciren gleichzeitig, die Zehnthebung in der Prignitz nur auf Lebenszeit zu besitzen, im Jahre 1298.

In nomine domini amen. Uniuersis presentes litteras inspecturis, Otto et Hermannus, eiusdem Ottonis filius, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Salutem et noticiam subscriptorum. Cum mater erroris obliuio in rebus gestis confusionem pariat et inducat, expedit acta hominum sigillatis apicibus eternari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod nos Otto et hermannus Mar-